

PARTITIONVM  
Theologicarum

DIPVTATIO XXIV.

Quæ prior ἐλεγκτικὴ  
De

SACRA DO-  
MINI COENA,

In Inclutâ & Florentissimâ Academiâ VVitteber-  
gensi proposita,

PRÆSIDE

M. IACOBO MARTINI  
Professore publico:

Respondente

THEODORO DAMMANO Wals-  
rodenſi Saxone.

Ad Diem 29. Iulij, horis locoq̃  
conſuetis.

Sumtibus Clementis Bergeri  
Bibliopolæ Wittebergensis.  
ANNO M. DC. XI





*Humanissimo, simul ac Doctissimo*  
*VIRO,*

**DN. IOHANNI  
MEIERO, RECTORI  
SCHOLAE WALSRÖDENSIS SOLER-**  
*tissimo, Affini suo parentis loco honorando.*

**ITEM**

*Doctrinae perpolitae, & experientiae eximiae juveni,*  
**Dn. GABRIELI DIETRICH, Amico suo Oresteo.**

*Nec Non*

**Honesto ac Docto Viro-Juveni, Dn. Thomae Dammanno**  
*Fratri suo unice charo.*



*Vi dono lepidas theses novellas,  
Calvini oppositas strophis nefandis?  
(O sectam horribilem atq; pestilentem!)*

*Vobis suaviculis meis Amicis,  
Vobis candidulis meis Amicis,  
Vobis (sic reor) optimis Amicis.*

*Has non spernite nec pietate parvis,  
Nam qui harum poterit videre lucem,  
Calvini tenebras statim videbit.  
Et statim fugiet, statim relinquet,  
Nec posthac inhiabit hisce nugis.*

*Quod si (ut suspicor) hoc novum placebit  
Munus, vos itidem placebitis mihi,  
Et vos plus oculis meis amabo,  
Vosq; concelebrabo & estimabo,  
Vester deniq; permanebo totus.  
Sic mihi vivite, sic diu valete.*

**V. O.**

**Theodorüs Dammannus**  
**Respondens.**





# TYPVS HVIVS DISPVTATIONIS.

(Z)  
ἐλεγκτι-  
κῶς de S.  
Cœna agē-  
tes dispu-  
tabimus  
partim con-  
tra

Calvini-  
anos :  
qui impu-  
gnāt  
partim

Substan-  
tiam

1. Formam : ipsa verba institutionis :  
quæ in alienum sensum detorquent.

Externam : quæ Panis  
& Vinum : in quorum  
locum aliūcibum ac po-  
tum substitui posse asse-  
runt.

2. Mate-  
riam :

Internam : quæ corpus  
& sanguis Christi : quæ  
à Cœna abesse nugan-  
tur.

Adia-  
phora :  
quæ vel

Externa :  
quæ vel

Circumstantia loci :  
quem publicum urgent.

Instrumenta : Altaria  
& calices : quæ reijci-  
unt.

Interna :  
quæ vel

Qualitates panis, con-  
tra quas variè dispu-  
tant.

Distributionis modus,  
ubi fractionem tanquā  
necessariam urgent.

Pontificios.





## DISPUTATIO XXIV.

Prior ἐλεγκτικῆς.

De

Sacra Domini Coena.

### CONTINUATIO.



*Proposita est sana de sacrâ Domini Coenâ doctrina: nunc ea à varijs adversariorum corruptelis est vindicanda. Sunt autem potissimum duo genera hominum, qui Sacramenti huius partim substantiam partim fructum violare moliuntur: Calviniani & Pontificij. De illis hac Disputatione, de his in proximè sequente.*

Theses.

1. *Calvinianorum de sacrâ Coenâ dogma pugnat partim contra Sacramenti huius substantiam; partim contra eius adiaphora.*
2. *Contra substantiam quidem; 1. quia de verbis promissionis, quæ formalem hic rationem habere videntur, non rectè statuunt. 2. quia materiam huius Sacramenti impugnant.*

Verba



3. Verba promissionis sunt: *Hoc, sive panis, est corpus meum:* Error Calviniano-  
*Hoc poculum sive vinum est sanguis meus.* Quæ à genuino sensu varijs rum contra verba  
modus Zvingliani & Calviniani detorquere conantur. institutio-  
ni.

4. Quomodo enim in verborum illorum explicatione sibi Sibi non  
constent, ex sequentibus est manifestum. *Andreas Carolstadius* constant  
falsâ suâ glossâ fundamentum quæsit in vocabulo HOC, fin- Carolsta-  
gens, Christum inter discipulos distribuendo panem, digito su- dij glossa.  
um monstrasse corpus, & dixisse: *Hoc est corpus meum,* nempe Zvinglij.  
quod ego vobis monstro, vel quod hic sedet. *Zvinglius* erro- Oecolam-  
neâ suâ interpretationis fundamentum potuit in copula padij.  
EST, quam idem denotare dixit, quod significat. *Oecolampadius* Calvini,  
examinavit vocem *corpus*, id de figura, symbolo, signo & typo Beza.  
corporis Christi interpretatus. *Johannes Calvinus* verba *corpus* Polani.  
& *sanguis* de virtute & efficacia corporis & sanguinis absentis  
intellexit. *Beza* finxit Metonymiam in copula EST. *Andreas*  
*Polanus* à *Polensdorff* uno isto tropo non contentus, triplicem

introducitur, synegdochen generis, Metaphoram & Metony-  
miam. *Grynæus* & *Orthodoxus* consensus vocem *quod* (quod *Grynæi*  
pro vobis traditur &c.) reddiderunt & explicarunt per *Quate-*  
*nus*. *Bucanus* omnia verba seorsim sumpta propria esse, propri- *Bucani*  
amque retinere significationem, ait; Metonymiam tamen, *Tileni*  
concedendam esse in tota oratione sive propositione. *Tilenus*  
quoque propriam in terminis agnoscit significationem; Meto-  
nymiam tamen concedendam esse in copula EST se defendere  
posse autumat. En quam egregium *Hydræ* caput!

5. Omnes autem hæ opiniones & interpretationes in gene-  
re quidem conveniunt nempe τὸ ἐν τῷ verborum S. Cœnæ re-  
tinendam non esse: in specie verò multis modis discrepant &  
dissentunt. Sed nihil hoc novi. Ut enim veritas unica, sic er-  
ror multiplex est, imò in infinitum multiplicari potest: idque  
vel maximè in rebus divinis, quando non scripturam, sed so-  
mnia nostra & stolidas imaginationes sectamur.

6. Sic *Carolstadius* suæ interpretationis autorem non alle-  
gat Spiritum Sanctum, per Scripturam loquentem. Sed appa-  
ritionem alicujus viri, sensum *Carolstadianum* suggerentis,  
quem





Zvvinglij  
fundam.

quem dicit, fuisse Deum patrem. Sed quid Lutherus? Diabolum aut certè matrem hujus fuisse, respondet. Eodem modo Zvvinglius gloriatur, suam se accepisse interpretationem: quodam monitore per quietem suppeditatam, qui albus auster esset, ipsemet non meminere.

7. Ex fundamento hoc omnes cordati facile intelligunt, quid de toto hoc statuendum sit negotio, nempe quod contineat mera somnia & phantasmata, sive imaginationes eorum, quæ non sunt.

8. Quid enim absurdius verbis Christi affingi posset, quàm Carolstadij expositio? Quippe quæ illis omnem connexionem, omnem rationem, omnem sensum denegat. Qualis enim connectio: *Quod hic sedet, est meum corpus, vos discipuli edite panem?* qualis ratio, qualis etiam sensus? Certè absurda ista, stulta illa, hic nullus est; ut quilibet intelligit, qui ratione non caret. Vide Hunnium de sacram. p. 366,

Oecolampadio  
padio con-  
tradicitur.

9. Oecolampadio contradicit Bucanus & Tilenus. Ille loco 48. de coena q. 52. his verbis: *Non significatur corpus mysticum, sed verum corpus.* Hic adhuc manifestius disp. 61. th. 16. Subiectum designatur per pronomen HOC: quod nihil aliud demonstrare potest, quàm id, quod acceperat & fregerat Christus: puta panem: *Attributum est corpus Christi verum & naturale, quod pro nobis traditum est & crucifixum.* Et mox th. 17. *Iam verò, cum per subiectum, nihil nisi verus panis; per attributum nihil nisi verum & proprium Christi corpus intelligi debeat; neutrorum tropus locum habet.* Quibus verbis simul negatur triplex tropus Polani, nec non opinioni sive interpretationi Calvinianus remittitur.

10. Atque id meritò: Res enim adeò manifesta & clara est ex verbis institutionis, ut nullo fuce vel colore obscurari aut negari possit. Nam non tantum dicit Christus, *hoc est corpus meum, vel sanguis meus:* sed insuper, ut omnis ambiguitas tollatur, definit quale illud sit corpus, & qualis sit sanguis: nempe *illud ipsum corpus, inquit Christus, quod pro vobis traditur, ille ipse sanguis, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.* Quæ certè definitio & determinatio nullo modo designo corporis, vel signo sanguinis



sanguinis Christi, sed de vero, essentiali & naturali corpore & sanguine intelligenda est.

11. Verum enim vero quod unâ manu porrigunt, id alterâ detrahunt; quando Bucanus Metonymiam fingit in totâ oratione: Tilenus verò cum Beza eam in copulâ EST collocat, atq; ita in Zvvinglij errorem se implicat.

12. Bucani opinionem refutabunt pueri in scholis trivialibus: Qui optimè sciunt, Metonymiam non tropum *κατηγορηματος*, orationis integræ, sed *λέξεως* sive simplicis dictionis esse. Imo omnis tropus in dictione est. Unde rectè eum finit Quintilianus lib. 8. c. 6. *Tropus est mutatio vocis à propriâ significatione in aliam.* Si verò in *ἁέσεις* ponatur, utiq; in integrâ oratione erit. *ἁέσεις* enim est relatio unius termini ad alterum, quare non contenta erit unicâ dictione. Adde quod per Metonymiam non vox de voce prædicetur: sed vox pro voce ponatur.

Bucani error Tropus est λέξεως

Tropus quid.

13. Tileni opinionem pleriq; omnes Calviniani hodiè turgentur: quare eam potissimùm examinandam assumemus.

Tileni error & Heidelbergensium.

14. Concedit Tilenus & cum eo Heidelbergenses Theologi subiecta & prædicata, nempe *panem & corpus, Vinum & sanguinem* in propriâ significatione in hisce propositionibus sacramentalibus sumi. Quæstio igitur est de solo verbo substantivo EST, in qua Tilenus Metonymiam ponit, ideoq; cum Bucano & Heidelbergensibus id per *significat* explicandum sive interpretandum esse docet.

15. Metonymiam verò ille loco allegato his asserit verbis: *Cum panis & corpus Christi ita sint disperata, ut alterum de altero nullâ ratione prædicari possit proprie & ἁνωδώς: Cum corpus Christi neq; genus, neq; species, neq; differentia, neq; proprium, aut accidens aliquod sit panis: Omnino necesse est, ut in copula seu verbo EST, tropus statuatur, nempe Metonymia, th. 18.*

Tileni Metonymie assertio

16. Ficta & picta est hæc necessitas; quandoquidem ratio ista à quinq; prædicabilibus desumpta, duntaxat procedit in illis rebus, quarum connexionis modus nobis est notus, non in mysticis & sacramentalibus hisce unionibus & prædicationibus, quas etiam propterea inusitatas in nostris scholis denominare solemus.

Refutatio

Nec





Sacramen-  
tales prædi-  
cationes  
quomodo  
inuitate  
dicantur.

Notiones  
Logice un-  
de sint.

17. Nec est quod nobis objiciat Būcanus loc. 48. q. 46. in-  
ptum, Sacramentales prædicationes inuitatas dicere, cum illarum tam  
frequens usus sit in sacris. Committit enim Calvinista fallaciam,  
causæ, concedimus, quidem, quod prædicationes hæ in sacra  
Theologiâ & Scripturâ sint usitatissimæ ratione usus: non ve-  
rò sunt usitatae ratione medi, qui in alijs prædicationibus ex  
Logicis adfertur. Non igitur ratione usus in Scripturâ vel  
Theologiâ inuitatae dicuntur: sed ratione unionis termino-  
rum, quæ ex Logicis nostris ita explicari nequit, quemadmo-  
dum terminorum in alijs disciplinis usitatorum unio ex Logi-  
cis dari & demonstrari potest.

18. Et ratio hujus rei est manifesta. Nam notiones Logicæ,  
quas secundas vocant Scholæ, sunt fundatæ in notionibus pri-  
mas ipsas res in mente nostrâ repræsentantibus. Quia itaque  
res illæ naturaliter menti non sunt notæ, vel ab ea compræ-  
henduntur; utique in illis notiones secundæ formari, & con-  
sequenter illarum modus prædicandi Logicus dari non potuit  
ab illis, qui ignorabant res scripturæ, & disciplinam nihilo-  
minus logicam conscribentibus, inter quos non postremus est  
Aristoteles.

19. Concedimus igitur quod logica, ut illa ab Aristotele con-  
scripta est, sit mensura quædam rerum, & propositionum, de il-  
lis loquentium: Verum non promiscuè omnium; sed illarum  
duntaxat, quæ cognitæ erant Aristoteli; hoc est, sub rationem  
humanam naturaliter cadunt, & industriâ rectæ rationis ex ip-  
sis rebus, in hoc mundo nobis à Deo manifestatis, desumuntur.

20. Cum igitur ex illis excipiantur res hæ mysticæ & super-  
naturales, & de illis loquentis in sacris literis propositiones:  
quomodo organon Aristotelis, vel quævis logica, ex ratione  
nostrâ naturali, & rebus Physicis deducta & efformata, illarum  
potuit esse adæquata mensura?

21. Loquimur autem de simplicibus noematibus, & quate-  
nus ex illis componuntur propositiones: Nam aliàs ex datis in  
Scripturâ terminis & propositionibus, syllogisticè rectè con-  
cludimus;



cludimus; quando quidem spiritus sanctus *ἄλογος & ἀσυλ-  
λόγιστος* non est.

22. Deinde concedimus quoque quod ad terminos mysti-  
cos, & ex his compositas propositiones, quodammodo & *κατ'  
ἀναλογίαν* termini & examen Logicum accommodari queant,  
modo id fiat sobriè, ne sensus scripturæ enervetur, & intelle-  
ctus noster, nec non regula ex illo educta: & secundum illum  
formata, fiant mensura propria & adæquata intellectus divi-  
ni, sed semper sese ad hunc accommodantes, Deo et verbo eo-  
jus sese submittant & subjiciant.

23. Unde in notionibus illis mysticis simplicibus non no-  
tiones simplices secundæ sive logicæ quadam operatione Logi-  
câ efformari possunt: Sed in alijs rebus, nobis notis, efforma-  
tæ, tantum analogicè, & in certâ proportionem ad illas accom-  
modandæ & applicandæ sunt: ut ita res illæ absconditæ in  
proportionem cum alijs rebus notis, quodammodo etiam in hac  
vitâ exactius intelligi & contra hæreticorum corruptelas de-  
fendi queant.

24. Quibus ita positis & probatis, dicimus, in illatione  
Tileni, nullam omninò dari consequentiam, quando ita argu-  
mentatur: *Panis & corpus Christi ita sunt disparata, ut alterum de al-  
tero nullâ ratione predicari possit ἑστωδῶς*, vel (ut habet Bucanus  
q. 45.) *συνωνύμως*: Ergo necesse est, ut in verbo sive copulâ est, tropus,  
nempe *Metonymia*, fingatur.

25. Nulla, inquam, consequentia in illo discursu datur.  
Nam magis disparata esse videntur, *Homo & Deus*, nihilominus  
*Homo de Deo* prædicatur hoc modo, *Deus est homo*. Ergone per  
Metonymiam? Ergone verbum *Est* reddendum per *significat*,  
ut sit sensus *Deus significat hominem*? Absurdissima absur-  
da.

26. Accommodetur itaque hæc res sobriè ad organum  
Aristotelis: & respondeatur, quod non in omni propositione  
prædicatum tribuatur subjecto *ἑστωδῶς*, vel *συνωνύμως*; Ve-  
rùm & *παρωνύμως*: ideoque non semper explicet, quid sit  
B subjectum;



subjectum; sed etiam id denominet, & quidem tum, quando  
disparatum tribui enuntiativè debeat disparato. Ut in natura-  
libus *corpus & color* sunt disparata duplici modo: quod neq; ge-  
nere, neq; specie conveniunt: quia nihilominus subjectivè u-  
niuntur, propter illam unionem, dici debet color de corpore,  
verum non *ἁπλοῶς*, sed *παρωνύμως*: Hoc modo: *Corpus est co-  
loratum*: non, *corpus est color*.

27. Sic diximus supra in loco de personâ Christi, prædica-  
tionem hanc denominativam esse, non essentialem, *Deus est ho-  
mo*: Quia non est essentialis unio & subordinatio hic termino-  
rum, sed *ὑποστικτική* tantum, in qua unum extremum non in-  
greditur essentialem constitutionem alterius: *Humana* igitur  
denominat *Deum* concretè per *hominem*, quod est habens hu-  
manitatem.

28. Eodem modo hic dicere possumus, quia unio panis &  
corporis Christi est unio sacramentalis, quæ essentialis non  
est, realis tamen: quod propterea prædicatio essentialis & unio  
voca non fit, *panis est corpus*: sed tantum propter illam unionem  
& præsentiam realem & sacramentalem, denominare corpus  
Christi panem: ut ita *corpus* sit concretum, ejus verò abstractum  
*essentia corporis*.

29. Ut autem hæc denominandi ratio, supra in doctrinâ de  
persona Christi non sustulit inusitatum prædicandi modum,  
quatenus nempe neque ad modum prædicandi per se, neque ad  
oppositum qui per accidens est, reduci potest: ita neq; hoc lo-  
co illa denominandi ratio inusitatum modum in hisce propo-  
sitionibus sacramentalibus tollit: Cùm aliud sit fit, denomina-  
re extrinsecus: & aliud, usitato vel inusitato modo denomina-  
re: illud simpliciter fit per operationem mentis sine respectu  
ad materiam: hoc verò non simpliciter per operationem men-  
tis, sed etiam per respectum ad modum, quem res habet, extra  
mentem subsistens.

Sacramen-  
tales præ-  
dicationes.

30. Interim hoc monere volo, quod prædicationes sacra-  
mentales propiùs ad usitatas accedant, quàm personales. Nam  
hæc ad nullum omninò prædicandi modum, ex respectu mate-  
riæ de-



riae desumptum, redaci possunt, ut id supra monuimus: Sacra-  
mentales verò sobriè reducuntur ad prædicationes accidentales.  
les.

*propius ad  
cedunt ad  
usitatas,  
quam per-  
sonales.*

31. Nam modus hic prædicandi non requirit, ut prædica-  
tum sit accidens, sed tantum ut unio subjecti & prædicati sit  
contingens, & prædicatum sive adsit sive absit à subjecto, sub-  
jectum tamen sit.

32. Cum itaq; hic talis sit unio, quæ nullam necessitatem,  
nisi hypotheticam (quatenus jam actu in administratione cœ-  
næ corpus unitur pani & quæ necessitas in omni prædicatione  
accidentali vera locum habet) præsupponit: ideoq; panis sine  
illo prædicato esse possit, imò etiam extra usum S. Cœnæ sit: &  
quando Calviniani de pane negant corpus, non statim ipsum  
panem negent: quid obstabit, quin prædicationem hanc acciden-  
talem finiamus?

33. Ergone est simpliciter usitata? Non certè. Nam licet  
ita sobriè ad prædicationes accidentales hæ sacramentales lo-  
cutiones reducantur, manet nihilominus in illis aliquid pecu-  
liare & singulare, quòd in nullâ alias Logicâ vel disciplinâ hu-  
manâ usitatum est: nempe quòd ambo termini sint prædica-  
menti substantiæ, suâ naturâ disparati vel oppositi, & nullo  
modo subordinati.

34. Contingit quidem quæmadmodum monuimus, ut prædica-  
tum sit substantiale, & nihilominus prædicatio accidentalis:  
Verum tum vel prædicationes sunt *κατὰ φύσιν* & semper sub-  
jectum accidentale est. Ut *annulus est aureus*. *Aureum esse* ad sub-  
stantiam pertinet: *Annulum verò esse* refertur ad quartam speci-  
em qualitatis, ideoque accidentalis terminus est: vel prædica-  
tiones sunt *κατὰ φύσιν*; & licet tum uterque terminus sit de  
Categoria substantiæ; prædicatum tamen subordinatur subje-  
cto, ut: *Animal est homo*: Verum in hisce prædicationibus & sub-  
jecta & prædicata, *panis & corpus, vinum & sanguis Christi* sunt sub-  
stantiæ & substantiales termini, non subordinati, sed suâ natu-  
râ oppositi.

B 2

Hoc





Hoc itaque in Logicis inusitatissimum est, quod duo termini  
substantiales, nullo modo subordinati, sed suam naturam oppositi  
vel disparati, possint constituere prædicationem accidenta-  
lem.

35. Ex quibus manifestum est contra Tilenum, quod licet  
prædicationes hæ sacramentales sint inusitatae: quod nihilo-  
minus possint referri ad prædicationes accidentales.

An panis  
in subiecto  
sumatur  
pro nudo  
pane.

36. Porro neque hoc intactum relinquere possumus, quod  
statuunt Tilenus & Bucanus, panem in subiecto sumi pro nu-  
do pane, sic vinum pro nudo vino. Quod nullam rationem vel  
modo probabitur.

37. Nam omne dici requirit inesse: & ita sumitur subje-  
ctum pro ut prædicatum declarat: Quia igitur hic de subiecto  
nempe *pane*, prædicatur *Corpus Domini*, & de *vino sanguis Christi*:  
sequitur panem & vinum prout subiecta constituunt, pro nu-  
dis illis elementis quæ alias *πρώτως* & per se significant, non  
sumi: sed pro pane Eucharistico, hoc est, pro pane, quo medi-  
ante corpus communicanti exhibetur edendum.

38. Etsi vel maxime vera esset opinio adversariorum, nem-  
pe quod verbum *ὑπερτικόν* est, explicandum esset per *significat*:  
nequaquam tamen etiam eo modo *panis* ut panis in subiecto  
sumi posset, sed ut signum, quippe quod de illo prædicatum  
explicaret.

39. Ut igitur omnis omnino ambiguitas præcaveretur, non  
dixit Christus: *Accipite, comedite, panis hic est corpus meum, sed Hoc,*  
*hoc est corpus meum.* Hæc igitur phrasia scripturæ & Christi  
est; illa tantum Lutheri & Ecclesiæ: quæ tamen, ut patet, si re-  
ctè intelligatur, idem explicat, quod illa Christi.

40. Nam sive *panem*, sive *hoc* ponas loco subiecti, non ta-  
men nudum panem in subiecto contineri demonstrat prædi-  
catum, quod non identicam enunciationem panem repetit vel es-  
sentiale aliquod attributum de eo enunciat: sed corpus Do-  
mini.

Concre-



41. Concretum tamen illud magis significat & denotat Christi  $\tau\theta\tau\omicron$ , quam panis, ut sit sensus: Hoc quod ego mediante pane vobis exhibeo, est corpus meum.

42. Cæterum ut propius ad rem accedamus: primum probabimus, tropum sive Metonymiam in copula *EST*, haudquam admittendam esse, & deinde rationes Tileni & Bucani examinabimus.

43. Quod autem Metonymia locum in copula non habeat, sequentibus manifestum est rationibus. 1. Quia verbum *est* dupliciter sumitur, ut lib.  $\omega\epsilon\iota\ \epsilon\gamma\mu\nu\nu\iota\alpha\varsigma$  docet Philosophus: aut ut secundi, aut ut tertij adjacentis. Illud supplet vices prædicati; hoc saltem copulandi & tempus ad significandi vim habet. Prædicatum quod verbum dicitur Philosopho, triplicem habet denominationem, 1. significat tempus, 2. copulat, 3. significat rem de subiecto prædicatum. Verbum verò *EST* tertij adjacentis, priores quidem duas, ut diximus, significationes sortitur: tertia verò tantum subiecto relinquatur, illud enim rem exprimit. Unde  $\Delta\gamma\ \rho\eta\theta\eta\nu$  infertur tropum nullum dari in copula: cum is ibi habeat sedem, ubi res posita est. Tropus enim est modificatio rei. Et posito, copulam quandam rei significationem sortiri, illam tamen unicè à prædicato habebit: unde etiam non ipsum est  $\kappa\alpha\tau\eta\gamma\omicron\rho\rho\epsilon\mu\lambda\omicron\nu\omicron$ ; sed  $\omega\epsilon\gamma\omicron\kappa\alpha\tau\eta\gamma\omicron\rho\rho\epsilon\mu\lambda\omicron\nu\omicron$  vel  $\sigma\upsilon\gamma\kappa\alpha\tau\eta\gamma\omicron\rho\rho\epsilon\mu\lambda\omicron\nu\omicron$ , quod non significet, sed ad significet, hoc est significationem à  $\kappa\alpha\tau\eta\gamma\omicron\rho\rho\epsilon\mu\lambda\omicron\nu\omicron$  habeat, Philosopho dicitur. Posito itaque tropo in copula, certè prius in prædicato ponendus fuit.

44. Deinde nemo nescit, omnes modos regulares ex ratione prædicati, & minimè ex copula definiri. Si enim intelligam, prædicatum esse subiecti individui speciem, vel individui aut speciei genus vel differentiam, statim iudico prædicationem essentialem esse, quod essentialia, sive essentiam constituentia prædicentur de subiecto: Si autem prædicatum est, causa causalem dico; si accidens, accidentalem nomino. Quocirca quia modificatæ locutiones per troporum explicationem ad modos regularium reducuntur; omnino necesse est, modum irregularem

Metonymia in copula EST dari nequit.



clarem dari in illa propositionis parte, quæ reducta ad regulam  
ritatem, proprii modi capax est, illumq; recipit.

45. Tertio vel pueris notum est, verbum EST, prout in se  
consideratur, tantum εἶναι vel ὑπάρχειν significare. Maximum  
verò discrimen est inter τὸ εἶναι vel ὑπάρχειν, & τὸ ὄντων τὸ εἶναι  
vel τὸ ὑπάρχειν. Cum igitur tropus non in τὸ εἶναι, sed in mo-  
do essendi sit constituendus, neququam in copulâ, sed in præ-  
dicato locum obtinebit.

46. Tandem si Metonymia in verbis cœnæ esset conceden-  
da, tum panis nudus, sine corporis mentione, fuisset positus,  
corpus verò per Metonymiam subintellectum, ut in hoc Pa-  
triarchæ: *Non auferetur sceptrum de Iuda: sceptrum* ponitur nudè,  
& significatur per Metonymiam Regnum. Quando itaq; dico,  
*sceptrum est regnum*, vel in hac oratione pro regno ponitur, non  
amplius Metonymia est, sed tropi explicatio.

47. Erit igitur in verbis Christi Metonymiæ resolutio? si  
hoc asserere quis veller, illi prius probanda esset, in pane Me-  
tonymia, & demonstrandum, Christum in institutione per  
Metonymiam panem pro corpore sumpsisse, & deinde pro de-  
claratione tropi, verba hæc (*Panis est corpus: Vinum est sanguis*)  
subjecisse. quod in æternum non demonstrabitur. Christus  
enim (ut utar verbis D. Hunnij) non molitus est aliquam sive  
grammaticam, sive Rhetoricam resolutionem more prædago-  
gorum in scholis, qui cum autores explicant pueris, ostendunt  
eis tropos, ostendunt figuras, resolvunt orationem in suas par-  
tes &c. Juxta præceptiones artium. Multò verò minus tali  
prædicatione Metonymicâ usus esse putandus est, cujus genus,  
nullibi locorum, librorum, aut gentium reperitur, præter-  
quam in Calvinistarum Theologiâ.

Rationes „ 48. Quæ licet luce meridianâ sint clariora, contrarium nihil-  
Tilenipro, „ ominùs defendere conatur Tilenus rationibus subsequenti-  
Metony- „ bus, 1. Quia, inquit, hujus Metonymiæ necessitatem evincit,  
aliorum







Respon-  
siones ad di-  
ctas ratio-  
nes.  
Ad 1.

cap. 6. Johannis: Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quicquam  
verba, quae vobis loquor, spiritus & vita sunt. Deinde verus 16. prior  
ad Corinth, 10. Poculum benedictionis, cui benedicimus, nonne commu-  
nicatio sanguinis Christi est: panis quem frangimus, nonne communica-  
tio corporis Christi est?

51. Sed quid hæc ad nostram andromachen? Christus dicit  
Joh. 6. Caro non prodest quicquam: Ergo copula Est in propo-  
sitionibus Sacramentalibus explicanda est per significat. Nulla  
consequentia: Quandoquidem eo loci non loquitur Christus  
de suâ carne; quippe de qua vers. 55, dixerat: Caro mea verè est  
cibus: Et vers. 54. Qui edit carnem meam & bibit sanguinem meum,  
habet vitam eternam: & ego suscitabo eum in novissimo die: Sed re-  
spondet ad Judæorum quæstionem hanc: Quomodo potest hic no-  
bis suam carnem dare ad manducandum? Quæ significabant, se  
Christum pro nudo habere homine, nec ullam aliam carnis e-  
jus virtutem, atque cæterorum hominum, agnoscere. Quocir-  
ca dicit Christus, talis caro, hoc est, nudi hominis caro, eaque Ca-  
pernaitico sensu, hoc est, modo Physico, manducata, nihil  
quicquam prodest ad vivificandum. Distinguat igitur Tilenus  
inter carnem, & Christi, hoc est, Dei carnem. Nam licet &  
hæc ejusdem est essentia, cum reliquorum hominum carne, ni-  
hilominus quia DEI caro est, virtute vivificandi prædita est:  
quod de nullâ aliâ carne affirmabitur.

52. Dicto quoque Apostoli nihil efficit adversarius: quan-  
doquidem illud sententiam nostram magis confirmet, quam  
refutet. Ubi enim est *νοῦν*, ibi est unio: Inter panem & cor-  
pus est *νοῦν*: Ergo & unio. Jam quæritur, qualis illa, an rea-  
lis, an rationis & duntaxat in modo significandi: hoc expressè  
negant; id contra manifestè asserunt verba institutionis: Hoc  
enim, inquit Dominus, quod mediante pane vobis do comme-  
dendum, est corpus meum; hoc, quod mediante vino ex pocu-  
lo bibitis, est sanguis meus.

53. In secundo argumento allegat adversarius cap. 12. v. 11.  
21. Exodi, ubi legitur vers. 11. Nam Pesah est Iehova & vers. 21. Im-  
molate Pesah.

Ad



34. Ad quæ dicta antequam respondeamus, tibi in men-  
tem revoca lector, quid Tilenus illis probare velit, nempe in co-  
pula EST metonymiam esse, idemque, quod significat notare. Hinc  
ita argumentatur: Ubi copula EST non habetur, ibi pro signi-  
ficat non ponitur: At in dictis allegatis hebræis copula EST  
non habetur: Ergo neque in illis pro significat ponitur. Quocir-  
ca quoad primum exemplum negamus sententiam hanc (Pe-  
sah est Iehova) in Biblijs haberi: Deinde, si in versionibus Lati-  
nis, Græcis & Germanicis ad sententiam complendam omninò  
verbum aliquod addi debeat; nulla tamen cogit necessitas, ut  
pro verbo subintellecto, figuratum ponatur. Si igitur verba  
hæc יהוה לילה פסח hunc habent sensum: significat transitum  
Domini: Cur in versione ponis EST, tanquam improprium, &  
non potius retines proprium. Manifestum igitur, exemplo hoc  
nihil probari. Si verò EST subaudiendum in Hebræo & in ver-  
sione ponendum: quæritur an idem tum valeat, quod significat.  
Non puto: Quandoquidem retinet genuinam & vernaculam  
suam potestatem.

35. Quæritur enim, quid Moses hic per Pesah intelligat? id  
explicat ipse, hoc ipso in capite ver. 26. & 27. Quum autem dixe-  
runt vobis filij vestri, Quid est cultus ipse vobis! tunc diceris, sacrificium  
Pesah est ipsi Iehova. Intelligitur inde Mosen totum cultum cum  
omnibus suis solennitatibus & ceremonijs Pesah vel sacrificium  
Pesah vocare. Atque hanc significationem verbum hoc reti-  
net, quotiescunque hæc & similis sententia in sacris legitur: ut  
Exod. 12. v. 43. Et dixit Iehova ad Mosen & Aaron: Hoc statutum Pe-  
sah: Omnis alienigena non comedet ex eo. sic cap. 34. v. 25. Sacrificium  
solennitatis Pesah, Num. 9. v. 2. 12. 2. Reg. 23. v. 21. 2. Par. 35. v. 18. E-  
zech. 45. v. 21. Matth. 26. v. 2. Cum igitur filij & posteritas non  
de agno tantum, sed de tota cerimonia & cultu quærant; qua-  
lem ibi habetis cultum? respondere quoq; debent parentes de  
integro cultu, & dicere: Hic cultus est Domini Pesah, vel est sacrifici-  
um Pesah ipsi Iehova, nempe ut per Metonymiam finis Pesah sive  
transitus pro toto Festo instituto ad recolendum memoriam  
transitus Domini, in Ægypto facti, sumatur. Sensus itaq; ver-  
borum



horum allegatorum non est, *Agnus est Pesah*: sed totus cultus cum omnibus suis ceremonijs est pesah, sive sacrificium Pesah: qui cultus non significat Pesah, vel sacrificium Pesah, sed est ipsum Pesah, ipsum sacrificium. Falsissimum igitur est, copula EST in allegato dicto idem esse, quod significat.

56. Ad alterum dictum, quod extat eodem capite v. 21. facilis quoq; responsio est. Ut enim Pesah interdum sumitur pro toto cultu & solennitate: Sic vicissim accipitur interdum pro agno paschali, vel sacrificio, quod in festo illo mactabatur & immolabatur: atq; in tali, vox hæc, sumitur potestate, quoties in scriptura legitur, *mactare vel immolare Pesah*, ut hoc locum *Deu. 16. v. 5. 6. 2. Par. 30. v. 18. i. 35. par. 13.* Quocirca *immolare Pesah* non significat, *immolare agnum* qui significat transitum, sed significat immolare agnum, qui est & esse debet sacrificium Pesah.

57. Allegat porro *Tilenus v. 3. cap. 4. Levit.* ubi hæc leguntur verba: *Si sacerdos unctus peccaverit, secundum delictum populi, afferet sacrificium pro peccato suo, quod peccavit, iuvenum vitulum immaculatum Iehova pro peccato.*

58. Neque hic habetur verbum substantivum *Est*: quomodo igitur poterit per Metonymiam esse idem, quod significat? Vel juvencus vitulus immaculatus, qui ad ostium tabernaculi Ecclesie adductus, mactabatur, significabatne duntaxat sacrificium? Minimè: Erat enim revera sacrificium.

59. Quomodo etiam Adversarij sententia patrocinari queat locus ex Osea allegatus, equidem non video: Cum in toto isto versu ne semel quidem verbum EST inveniatur.

60. Quomodo etiam v. 4. cap. 6. ad Romanos 12. vers. 12. cap. 2. ad Col. ipsi succurrant, acutum videt, id qui videt: lubens agnosco meam cæcitatem.

61. Ad versum 16. prior: ad Corinth. jam responsum est, addimus porro, & quærimus, an ibi copula EST, idem sit, quod significat? Ergo poculum benedictionis non amplius erit *novicia* sanguinis Christi, neq; panis erit *novicia* corporis Domini, sed tantum significabit *novicia*, quod absq; dubio Tilenus non concedet.

62. Alij adhuc alia allegant loca, ut Gen. 47. v. 26. *septem vacca pulchra septem anni sunt: & septem spica pulchra septem anni sunt.*



63. Respondemus verbum **SUNT** non haberi in Hebraeis fontibus; quomodo igitur idem ibi erit, quod *significat*. Si autem in versionibus addendum, retinet genuinam propriamque suam significationem; similitudo verò & figura est in prædicatione, nempe his verbis, *septem vacca*: quæ non loquuntur de vacca proprie ita dictis, sed de *vacca metaphoricis*: Nempe *vacca metaphorica* in somnio Pharaonis idem est, quod *annus*.

64. Porro illud Matth. 13. v. 38. *Ager est mundus*, illis idem est, quod *Aper significat mundum*. Quod falsissimum est. Quandoquidem locutio est metaphorica, nempe ager in parabola Christi nihil est aliud quam mundus, mundus nempe parabolicus. Non igitur figura est in voce *Est*, sed in nomine *Ager*.

65. Illud quoque Pauli I. Corinth. 10. v. 4. *Petra erat Christus*, ita interpretantur, ut verbum substantivum *Sum* sumatur pro *significabat*: sed iterum falsa est interpretatio, non enim figura est in *copula*, sed in *petra* est metaphorica. Satis enim se explicat Apostolus; quod Christus non sit petra illa corporea, sed petra spiritualis: quæ certè Christum non significabat, sed petra illa spiritualis revera erat Christus: illa enim corporea manebat fixa in deserto: spiritualis autem, de qua Christus prædicatur, Israelitas sequebatur.

66. Eodem modo, quando Jehova de circumcissione inquit, Gen. 17. v. 10. *Hoc est pactum meum*; id falsò interpretantur per signum, ut sit sensus: *Hoc est signum pacti*, ut ipsemet Moyses se explicare videtur statim versu sequente, 11.

67. Nam 7. etiam in hoc exemplo verbum *Est*, non reperitur in textu Hebræo. 2. Si verò in versione sit addendum, quæ cogit necessitas, figuratum verbum addere. 3. Verum si omninò addatur verbum substantivum *Est*; retinet tamen illud suam propriam significationem, & minimè versu sequenti per signum pacti exponitur. Quod ita probo. Capite allegato 17. Gen. Deus cum Abrahamo fœdus facit: quod consistebat respectu Dei, in eo, quod Deus vellet esse Deus Abrahami & seminis eius. Restipulatio verò & fœdus respectu Abrahamæ & seminis ejus consistebat in hoc, ut nimirum circumcideretur in ejus domo, familiâ, & totâ posteritate, omnis masculus.

C 2

Est



Est igitur hujus foederis pars circumcisio, nempe restipulatio  
Abrahami: Quemadmodum autem penè omnes partes & par-  
ticulae hujus foederis, foedus divinum dicuntur, ut v. 2. *Multiplicatio seminis*, quæ tantum pars promissionis & foederis Dei est,  
respectu Dei dicitur pactum: *Ponam pactum meum inter me & te,  
& multiplicabo te vehementissime*: Sic v. 7. *Statuam pactum meum in-  
ter me & te, ut sim tibi in Deum, & semini tuo post te &c.* Eodem mo-  
do de restipulatione Abrahamæ v. 9, loquitur: *Tu autem pactum me-  
um custodies, tu, inquam, & semen tuum post te in generationibus suis:  
Hoc autem est pactum meum, quod observabitis inter me & vos, atq; in-  
ter semen tuum post te, ut circumcidatur vobis omnis masculus.*

68. Ex quibus manifestum est, quod circumcisio hoc loco  
phrasi scripturæ reverà pactum Dei dicatur, non verò signum  
ejus pacti, cum sit ipsa restipulatio & obligatio ex parte Abra-  
hæ.

69. Quod autem subjicitur in versu 11. subsequente: *Circum-  
cidetis verò carnem praeputij vestri, eritq; signum pacti inter me & te.*  
Sunt illa verba non interpretatio præcedentium: sed hic est  
verus illorum scopus, uti cum eruditè proponunt *Theologi Viti-  
tebergenses contra Heidelbergenses*: postquam Jehova Patriarchæ  
Abrahamo & ejus posteris, circumcisionem, tanquam restipu-  
lationem imposuerat & mandaverat v. 10. nunc porro versu  
11. progreditur, & docet, quisnam circumcisionis illius sit fu-  
turus usus, & qualem inde habituri sint consolationem: nem-  
pe quod illa ipsa etiam esse debeat signum pacti inter Deum &  
Abrahamum eiusq; posteros.

70. Est igitur manetq; circumcisio foedus & non significat  
foedus, quatenus est restipulatio, atque ita ratione totius pars  
foederis: Est autem juxta v. 12. signum quoque foederis, hoc est  
gratiæ & promissionum omnium, quas Deus ex sua parte A-  
brahamo & posteritati promiserat. Plura de hac re eruditissi-  
mè scripta & explicata invenies in *promotione Examinis Tubingen-  
sium contra Heidelbergenses*.

Ad 3.

71. In tertio argumento urgentur duo: 1. *Analogia fidei*: 2.  
*Veritas corporis Christi.*

Primum





72. Primum quod attinet, putant illi, realem in sacra Cœnâ corporis Christi præsentiam pugnare contra ascensionem, & sessionem ad dextram Dei patris: illosq̄ articulos planè tollere.

73. Verùm pueriles hæ cogitationes & phantasmata sunt. Nam per ascensionem in cœlos non omnimodam sui præsentiam, sed visibilem nobis duntaxat subtrahit, qualem nos in S. Cœnâ neque asserimus neque docemus.

74. Ascensionem enim quod attinet, palàm est, ex Epistola ad Eph. 4. v. 10. & Heb. 7. v. 26. Quòd Christus non tantùm in cœlos sed super omnes cœlos sit elevatus, ut omnia impleret. Quod sanè non de impletione scripturæ, sed de ascensione & omnipræsente majestate, de quâ solâ & nullâ aliâ re, Apostolus agit, necessariò intelligendum est.

75. Quod autem per dextram Dei non intelligendus sit certus & definitus locus, ex multis sacrae scripturæ locis est manifestum. Et licet & ipse Calvinus humanam Christi naturam tantùm in cœlo esse asserat & defendat; id tamen ex hoc textu ad Ephesios probari negat, simulq̄; docet, hanc ipsam Dei dextram cœlum & terram implere, neque locum, sed potestatem significare. Verba ejus hæc sunt: *Hi locus aperte ostendit, si quis alius, quid significet Dei dextra: non locum scilicet aliquem sed potestatem, quam pater Christo contulit, ut eius nomine cœli & terræ imperium administret. Et mox: Cum autem dextra Dei cœlum & terram impleat; sequitur, regnum Christi, ubiq̄; diffusum esse & virtutem. Unde perperam faciunt, qui ex sessione ad dextram Dei, conantur probare Christum non nisi in cœlo esse. Est quidem id verissimum, in cœlo esse Christi humanitatem, non in terra: Sed probatio illa non convenit.*

Calvinus.

76. Neque porrò promissa corporis Christi præsentia in S. Cœna pugnat contra articulū fidei, quò credimus & cōfitemur, Christum in novissimâ die de cœlis reversurum esse, iudicaturumq̄; vivos ac mortuos. Nam & ille ipse de visibili ejus reditu, & apparitione, duntaxat loquitur, uti id expressis verbis testantur angeli, Act. I. v. II. *Viri Galilei, quid statis, intuentes in cœlum: SIC VENIET, QUEM ADMODVM VIDISTIS eum euntem in cœlum,*

C 3

Tandem



78. Tandem quomodo realis corporis Christi presentia, ejus  
veritatem tollat, nondum probatum est ab adversarijs. Con-  
cedimus quidem, quod propria & naturali virtute corpus na-  
turale in pluribus simul locis se exhibere non possit: Verum id  
potentiam divinam, quae omnia potest, cuique nihil impossibile est,  
id prestare non posse, directe contra Sacram Scripturam pugnat.

79. Manifestum igitur, quod neque hoc argumento verbi sub-  
stantivi EST propria significatio, de qua hoc loco proprie di-  
sputatur, tollitur, quodque nostra interpretatio articulis fidei  
sit consentanea.

84.

80. Quarti argumenti nervus in eo consistit, quod Luca. 22.  
v. 20 dicitur, repetiturque a Paulo 1. Corinth. II. v. 25. *το ποτή-  
ριον, ἢ καὶ τὴν διαθήκην.* Hoc poculum, Novum Testamentum. Unde ita  
argumentantur: Ut poculum ibi dicitur esse Novum Testa-  
mentum: ita panis est corpus Domini: At de poculo tantum  
per sacramentalem metonymiam dicitur, quod sit Novum  
Testamentum: Ergo & per consequens EST per Metonymi-  
am idem est quod significat.

81. Responsio expedita haec est: Scripturae sensus non ex  
proprio cerebro fingendus; sed ex ipsa Scriptura eliciendus, &  
Scriptura per Scripturam explicanda. Iam quid sit illud, quod  
hoc loco dicit Lucas: *Hoc poculum Novum Testamentum in meo san-  
guine*: illud explicant reliqui Evangelistae, Matth. 26. vers. 28.  
Marc. 14. v. 24. & exprimunt his ipsis verbis: *Et accepto poculo,  
gratius actis, dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic enim est san-  
guis meus Novi Testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem pec-  
catorum.*

82. Unde manifestum satis: Lucam & Paulum non dixisse,  
poculum significare Novum Testamentum. Sed per synecdo-  
chen continens sumpsisse pro contento, ut sit sensus, poculum  
hoc, id est, illud ipsum, quod ex poculo hoc bibitis, est Novum  
Testamentum in meo sanguine, vel est sanguis Novi Testamen-  
ti. Nam sanguis Christi recte dici potest Novum Testamentum:  
quandoquidem in eo potior ejus ratio consistit, & principalis  
ejus pars est: unde etiam a reliquis Evangelistis haec phrasia ex-  
plicata est: *Hoc, quod ex poculo porrecto bibitis, est sanguis meus  
Novi Testamenti.*

Nervus



§3. Nervus quinti argumenti consistit in eo, quod panis non *Ad s.*  
sit ipsum corpus, sed duntaxat *κοινωνία*, quæ non substantia, ut  
corpus, sed accidens est.

§4. Quasi verò omnis *κοινωνία* sit accidens, & non potius  
modus entis, quo aliquid hoc vel illud esse, aut cum hoc vel il-  
lo esse, dicitur. Sic forma substantialis adest materiæ, unaque  
cum illa est, & constituit corpus per *κοινωνίαν*: Ergone per ac-  
cidens? Si hoc: Erit accidentalis non essentialis unio materiæ  
& formæ; quod falsum.

§5. Sed ponamus, *κοινωνίαν* accidens esse & hinc accidens de-  
notare. Tum verò quærimus, quis sit propositionis Paulinæ  
sensus? Aut hic: Panis Eucharisticus est revera *κοινωνία*. Aut il-  
le: panis Eucharisticus significat *κοινωνίαν*. Verum hoc concedi  
à Tilenò nequit. Nam docet, quòd propterea copula EST per si-  
gnificat sit reddenda, quia illum Paulus explicet per *κοινωνίαν*,  
& dicat non quòd panis sit corpus, sed quòd duntaxat sit *κοι-  
νωνία* corporis. Ergo juxta mentem Tileni prior sensus erit ve-  
rus, nempe: *Panis Eucharisticus est revera κοινωνία*. Vnde ita progred-  
dimur: Panis est *κοινωνία*: *κοινωνία* est accidens, vi universalis &  
summè necessarij principij: *Cum alterum de altero dicitur, tanquam  
de subiecto, quicquid dicitur de predicato, etiam de subiecto dicitur*. At  
Tileni panem accidens esse absurdum est: Cum substantia nul-  
lo planè modo accidens sit vel fiat.

§6. Ad vitandum igitur tam crassissimum absurdum, cogeris  
mecum statuere, quòd *κοινωνία* sit modus entis, sive id substan-  
tia, sive accidens. Docere itaq; voluit Apostolus, quomodo pa-  
nis sit corpus Christi, nempe non per *μετσίαν*, ut hodiè fingunt  
Pontificij, sed per quandam *κοινωνίαν* & communionem, in qua  
panis manet panis & corpus manet verum corpus.

§7. Hæc quando ita verè & orthodoxè ex veris principijs  
educuntur, quæritur porrò, an vox *κοινωνίας* possit probare in-  
stitutum Tileni & Bucani; an verò exactè nostram demonstret  
sententiam. Hoc affirmamus, illud negamus.

En nos



88. En nos dicimus; *Panis est corpus: illi; panis est signum corporis.* Quæritur de modo. illum definit Paulus *κοινωνία*, quæ est modus, ut diximus, vel substantiæ, vel accidentis: At signum, vel significandi ratio est accidens: Corpus verò est substantia, ut & sanguis. Explicabit igitur voce *κοινωνίας* modum essendi Apostolus Paulus, aut juxta opinionem adversariorum, aut juxta sententiam nostram.

Si illud concedatur, sensus Apostoli Pauli erit: panis est *κοινωνία* significationis sive rationis significandi corpus Christi, atque ita accidentis. At communicatio accidentis non est communicatio substantiæ, & significationis communicatio non statim est communio significati: Ut hic lapis est communicatio, hoc est, per communicationem significationis terminorum agri, non verò per communicationem ipsorum terminorum limes dicitur. Atque ita tollitur omnis communio corporis & sanguinis, quam tamen hic expressè asserit Apostolus, & ipsi quoque adversarij non negare videri volunt.

89. Si autem respicias sententiam nostram, explicatio & exegesis Pauli certa, firma & immota est: nempe quod panis non sit tantum *κοινωνία* significationis sive signi, sed ipsius rei, hoc est, corporis: quæ *κοινωνία* non per absentiam, sed per realissimam præsentiam definienda est.

Ad 6. Et  
ultimum.

90. Ultimum argumentum, dextrè intellectum, nos non ferit. Concedimus libenter, in cœnæ institutione non fuisse Christo propositum docere, quid panis aut vinum esset naturæ & substantiæ suæ; sed quid esset in usu isto sacramentali, nempe non nudus & solus panis, sed *κοινωνία* corporis Christi, ut jam explicatum est.

91. Atque ita ex hæcenus partim demonstratis, partim refutatis, sole meridianâ clarius est, verbum substantivum EST, contra rectam rationem, & contra ipsissimam omnipotentissimi autoris mentem in alienum sensum ab adversarijs detorqueri: literalem verò ac propriam, & dispositioni verborum, & ipsi Christi instituto ex asse respondere. Quocirca quia verbum Jehova, quo in certamine hoc unice nitimur, satis clarum & per,



& perspicuum est, ab omnibus omnium hominum glossis, quocunque etiam vel nomine vel specie veniant, aut proferantur, ad illud unicum instantissime appellamus, memores, quod omnis sapientia humana in collatione ad divinam, non nisi stultitia est: & quod in summis Dei mysterijs minus periculi habeat pia simplicitas, quam humani ingenij nimia curiositas. Atque haec tenus de formali hujus sacramenti.

92. Porro materiam hujus sacramenti nobiscum agnoscunt *Materia* adversarij duplicem: externam sive terrenam, nempe *panem & S. Coena.* *vinum*: ac deinde spiritualem sive caelestem, nimirum *corpus & sanguinem Christi.*

93. Circa utramque hallucinantur iterum adversarij. Circa *Errores* illam, quando statuunt in defectu veri panis & vini alium *Calvinianorum* cibum, qui analogiam cum pane habeat, & alium potum, qui *contra* vino in quadam proportione respondeat, in administratione *materiae* *externam & terrenam.* *nae* adhiberi posse.

94. Verum nos statuimus, quod, quemadmodum in baptismo elementum externum aquae à nullo mutari debet, quaecunque etiam fingatur necessitas; ita etiam elementa haec, à Christo adhibita, nullo modo, quanta etiam sit necessitas, quae praetendatur, mutari possunt: sed in casu necessitatis cum Augustino dicendum: *Crede & manducasti.*

95. Circa materialem spiritualem, sive caelestem, nempe *Contra* *materiae* *caelestem.* *corpus & sanguinem Domini* pessime errant, quando illa hisce in terris, ubi sacra coena administratur, adesse negant, contra manifestata verba institutionis, ab Evangelistis (*Matth. 26. versic. 26. Marc. 14. v. 22. Luc. 22. v. 19.*) & à D. Paulo (*1. Corinth. II. v. 24.*) diversis locis & temporibus, concordi fidelitate, consignata: quippe quae perspicue definiunt & testantur, non tantum panem & vinum, sed simul cum pane & vino corpus & sanguinem Christi, ab omnibus coena utentibus, accipi.

96. Dum verò isthaec ita asserimus, ipsis adversarijs non momentibus, localem corporis Christi cum pane inclusionem & impanationem, quae corpus Christi cum pane misceatur, verbis disertis ac perspicuis rejicimus, simulque improbamus erro-

D

consub-



consubstantiationem corporis cum pane, quā novā substantiā  
ex pane & corpore conflatur quos præsentiæ modos adversa  
pars contra conscientiam nobis affingit.

97. Ut autem hosce modos præsentiæ nobis affictos damna-  
mus: ita etiam phantasticam illam meritò rejicimus præsenti-  
am, quā corpus Christi cælo (uti fingunt) inclusum per fidei  
in illud ascensum, nobis his in terris præsens reddatur.

98. Bucanus in loco de Cœna Domini q. 76. id negat cum  
Christus revera adsit totus quidem, sed non totum.

99. Sed qualis hic occultatur sapientia? Non sapientia, sed  
stultæ imposturæ & fraudes in hac responsione delitescunt.

Quæstio est, an Christi corpus & sanguis Christi adsit revera in Cœna:  
respondet: quod adsit verè & substantialiter: quæstione seq. 77.

Quæro porrò: Ubi cœna celebretur, respondebitur in terra:

Ergo in terra, ubi ceremonia hæc actu est, ibi quoque præsens  
erit corpus & sanguis Domini, sed quomodo adest? respondet

q. 78. totus sed non totum. Hoc est, Christus, qui in unitate  
personæ assumpsit humanam naturam, habentem corpus &

sanguinem, quidem hisce in terris, ubi sacra Cœna administra-  
tur, revera adest; verum secundum illam naturam, quā adesse

potest, nempe divinam; secundum humanam verò naturam,  
quæ locali cælo continetur, atque ita secundum corpus & san-

guinem suum in terra non adest, ubi sacramentum hoc cele-  
bratur. En talem præsentiā tibi concedit Bucanus corporis

& sanguinis Christi, quæ tamen præsentiā non est.

100. Excipit Bucanus: Non veram & vivificam præsentiā cor-  
poris Christi in cœna & κοινωνία illius cum credentibus in ministerio Sa-

cramentorum rejici; sed tantum modum illum præsentiæ; qualis ad præsenti-  
am fingitur negari. Ratio est: nam (dicit in præcedentibus) neq;

adest externis signis, neq; hominum corporibus adest, aut ori ingeritur  
(non si locum spectes, corpus Christi in cælo est Θεῖ ὑπαρῆον;) sed fidei-

um mentibus & rationi fidei hominis legitimè utentis sanctā Christi  
Cœnā.

Verum



101. Verum illa exceptio mera deceptio est. Sic arguimus: Quodcumque adest mentibus hominum fidelium, illud vel adest secundum imaginationem; vel secundum rem. Si igitur corpus Christi absens in supremo caelo, adest mentibus hominum fidelium, adest vel secundum sive per imaginationem, vel secundum rem sive substantiam. Non secundum rem; quia secundum rem abest corpus Christi in caelo *ἐξυπερανθεν*: Unde sic inferimus: Quaecumque secundum locum longissime distant, illa sibi mutuo realiter & substantialiter non adsunt: nisi forsitan tibi realis absentia & realis praesentia sint synonyma: At corpus Christi subsistens in summo caelo, & mens hominis subsistens in infima terra longissime distant; Ergo sibi realiter & substantialiter non adsunt.

102. Ergo adest per imaginationem: At, quod per imaginationem tantum adest, id iterum realiter abest: Quod ipsum & Bucanus, ad ingenium quando redit suum, palam fatetur, & licet sibi pessime contradicat; tamen spiritum vertiginis, quo praeditus, non potest non prodere. Hinc quando dixit q. 77. Corpus Domini vere & substantialiter adesse: non veretur statim q. 79. sibi contradicere, quando asserit: *minime evacuari Christi carnem, si ab hac actione ipsa Christi caro essentialiter tam procul abesse, quam caeli absunt a terra statuatur.* Addit rationem: *Quia corpus ipsum & sanguis Christi non simpliciter & quatenus sunt in sese subsistentes, sed intellectualiter & *νοητως* consideranda in hisce mysterijs proponuntur.* Quid autem hoc aliud, quam per mentis operationem vel *νοητικα* adesse: Verum quod ita adest, essentialiter & substantialiter revera non adest. Ergo merae nugae sunt, & sine re & veritate sophismata, quaecumque de vera & substantiali praesentia jactitat Bucanus.

103. Inquis: Solem in meridie dici nobis adesse, licet longissime in medio caelo absit. Nulla haec exceptio Sol quidem tum dicitur nobis adesse, quia suos radios ad nos spargit, omnia illuminat, calefacit, & vivificat: Sed praesenter tantum & virtualiter; non vero enter & substantialiter: Quo certe modo a nobis longissime illum abesse nemo sanus inficiabitur.

D 2

Verum,



104. Verum, inquit q. 78. Perceptionem fidei multo certiore esse omni comprehensione sensuum vel rationis: Quocirca præmisit q. 77. Eam esse vim fidei, ut quantumvis dissita & remotissima arctissime conjungat.

105. Respondemus: Quod illud concedi posset ratione certitudinis; non verò ratione realis præsentia. Sic argumentamur: Vera fides, ut res est, ita dicit & statuit eam esse: At, illa fides, quæ dicit rem realiter absentem, esse realiter præsentem; non dicit & statuit rem esse uti est: Ergo ea non est vera fides; Et, per consequens, ea fides, quæ sibi imaginatur & persuadet, corpus Christi longissimo intervallo absens, præsentissimum esse, & quidem ibi, ubi ipsa est, nempe in anima sive mente fidelis hominis, ea non est vera fides, sed falsa de fide persuasio & imaginatio. Distinguendum igitur, uti diximus, inter certitudinem rei & inter ejus veram ac essentialem præsentiam: Fides tam certam, tam firmam sibi facit rem & præteritam & futuram, ac si realiter ac essentialiter coram esset. Interim eam statim secundum essentialitatem exhibet, ut ex præterita vel futura fiat præsens: sed ut præterita est ita præteritum certo definit: & futura est, ita eandem futuram certissime demonstrat. Sic credimus vitam æternam; non quidem præsentem, sed certò futuram.

106. Sed excipit Bucanus q. 79. *Quam fides possit rem præsentem facere, declarat Paulus Gal. 3. v. 1. ubi inquit, Christum ob oculos eorum depictum & inter eos crucifixum esse*

107. Verum, crimen falsi committit adversarius: non enim ibi dicit Apostolus, quòd fides Christum præsentem fecerit: sed illum effectum suis ascribit concionibus, illarum eo perspicuitatem commendans. Exprobrat enim Apostolus, & miratur, fieri potuisse, ut à Pseudoapostolis dementarentur Galathæ, quibus tamen ita perspicue in concionibus Evangelicis erat propositus Christus, ut quasi oculis ipsis representata fuerit viva ipsius imago, ac si apud ipsos esset crucifixus, *Videatur Beza, item Tremell. supra hunc locum.*

Nihil!



108. Nihil igitur loco isto allegato agitur de absentis rei præ-  
sentiâ per fidem : sed agitur de re præsentatione, quæ fit per  
picturas, scripturas, & verborum descriptiones: Verùm, neq;  
ejusmodi repræsentatio est veræ & essentialis rei exhibitio,  
quandoquidem in ejusmodi repræsentationibus adest quidem  
veritas ejus rei, quæ secundum essentiam abest. At veritas non  
est res ipsa, & imago essentia non est ipsa essentia.

109. Eodem modo quoque sese res habent in imaginatione,  
quæ fidem comitatur. Quando res abest, imaginatio fidei illam  
realiter præsentem non ponit. Sic in Veteri Testamento omnes  
credebant in futurum Messiam: Verùm, per illam fidem non  
mutabatur tempus futurum in præsens. Quocirca etiam illis  
virtus quidem & efficacia sanguinis futuri Messia per fidem re-  
vera aderat, (cum causis medijs per intellectum ordinalia &  
agentibus prior esse possit effectus: cum ibi effectus sequatur  
certitudinem causæ sive medijs, licet id actu nondum existat  
vel operetur) Verùm, non ita sanguis Christi essentialis: quip-  
pe duntaxat per ceremonias, Mosaicos typos & umbras repræ-  
sentabatur.

110. Ideò in eo præstantiam sibi singularem præ V. T. vendi-  
cat Novum: Quod inibi Christum, ejusq; sanguinem, tantùm  
in umbris & typis habuerint fideles; nos verò hîc in rei verita-  
te. Quemadmodum igitur illis reverà aderat typicus, non ef-  
fentialis Christi sanguis, illoque typicè reverà aspergebantur;  
Ira nos in Novo, nempe in quo ablati typi illi & figuræ, medi-  
ante aquâ baptismi, sanguine vero & reali Domini nostri Jesu  
Christi abluimur, & vero & essentiali corpore atque sanguine  
ejus in sacra cœna fruimur. Ut ita non ampliùs opus habeat fi-  
des vestra in sacramentis apprehendere id, quod absens: sed il-  
lud quod præsentissimè præsens est, verâ fiduciâ apprehendit.

111. Ergo iterum crassissimè hallucinantur Adversarij, quan-  
do adseverare non dubitant, quòd eandem & non aliam sub  
Novo Testamento habeamus Sacramentalem *κοινωνίαν* corpo-  
ris & sanguinis Christi, quàm Patres antè Christum natum ha-  
buerint.

D. 3

Ut enim



112. Ut enim omninò concedendum est, ipsos sub Veteri Testamento illorum spiritualiter participes factos esse, nec non utriusque Testamenti Sacramenta quandam habere analogiam: Ita quoque negandum nullo modo est, ratione substantiæ tantùm illa differre, quantum differunt umbra & res, sive imago viva, figura & corpus Col. 2. v. 17. Heb. 10. v. 1.

**Manducatio indignorum negatur ab adversarijs.** 113. Cæterùm, ut pars adversa realem præsentiam corporis & sanguinis Christi neutrquam admittit; ita quoque manducationem sacramentalem veram, quam verba institutionis perspicuè docent, indignis & impenitentibus simpliciter negat. Probat id *Bocanus* q. 140 aliquot rationibus.

**1. Ratio & eius refutatio.** 114. Prima hæc est: *Qui iudicium edere sive sibi accersere, non est Christum edere.* Respondeo: Non est Christum edere spiritualiter, quo duntaxat modo ejus justitia & fides nobis applicetur. Verùm manducatio spiritualis non statim tollit sacramentalem illam veram, quam non definimus.

**2. Ratio & eius refutatio.** 115. Altera: *Quia solis fidelibus promissio gratiæ ipsiusmet Christi participationem pollicetur: Et Sacramenta non nisi fidelibus sacramenta sunt, infidelibus autem nequaquam.* Prius membrum iterum verum est de participatione spirituali, non sacramentali: In posteriori negamus Sacramenta tantùm fidelibus sacramenta esse. Nam, Sacramentum non est Sacramentum propter personam, vel respectu personæ utentis: Sed per institutionem divinam, quatenus constat verbo & elemento. Deinde sacramenta tantùm sunt sacramenta salutaria fidelibus: non verò salutaria (Sacramenta tamen) infidelibus, juxta illud Augustini in Joh. tract. 27. Col. 236. *Multi modo nobiscum manducant & bibunt temporaliter SACRAMENTA, qui habebunt in fine æterna tormenta.*

116. Addit porrò ex 2. Corinth. 6. 15. *Nulla pars fidei cum infidei, nulla communio luci cum tenebris vitæ cum morte.* At hæc omnia stare possunt, manducatione infidelium adserta: quandoquidem illa cum fidelibus non uniuntur, sed magis divelluntur & disjunguntur: siquidem hi ad vitam: Illi verò ad mortem sumunt corpus & sanguinem Domini. Et pertinet huc illud Augustini tract. 6. in Joh. tom. 9, Col. 55. *Et sancta possunt obesse.*  
*In bonis*



In bonis enim sancta ad salutem adsunt: In malis ad iudicium. Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit: Non quia illa res mala est, sed quia ille malus malè accipiendo, ad perniciem accipit quod accipit.

117. Tertiò objicit in hoc argumento auctoritatem Augustini, ita loquentis: Nec dicendum, tum manducare corpus Christi, qui non est in corpore Christi: Verùm, nos Augustino Augustinum opponimus, qui lib. contra Donatistas post collationem tom. 7. Col. 608. expressè testatur, *Malos & Bonos SIMVL manducare & bibere corpus & sanguinem Domini, sed cum magna distinctione. Istos misericordiam manducare, illos iudicium.* En Bocane, tuus Augustinus negat, impios manducare corpus Christi meus affirmat: Ergone duplex Augustinus, hicque illi contrarius? Unus Augustinus est, sed duplex assertio, non contraria, sed diversa. Altera enim loquitur de sacramentali; Altera verò de spirituali manducatione, uti ex collatione eorum quæ in toto 25. cap. lib. 21. de civ. Dei, unde sententia illa de prompta est, satis liquet.

118. Et, ut intelligat Bocanus, Augustinum sacramentalem corporis & sanguinis Christi à spirituali nobiscum distinguere, illamque revera infidelibus tribuere, ideoque à Calvinianorum opinione alienissimum esse, libet ascribere locum, ex professo hac de re loquentem, qui extat serm. II. de verb. Domini in Evangel. secundum Matth. tom. 10. Col. 43. D. *Illud etiam quod ait (Joh. 6.) Qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in illo; quomodo intellecturi sumus? Numquid etiam illos hic poterimus accipere, de quibus dicit Apostolus, quod iudicium sibi manducant & bibant, cum ipsam carnem manducant, & ipsum sanguinem bibant? Numquid & IV DAS Magistri venditor & traditor impius, quam vis primum ipsum manibus eius confectum Sacramentum carnis & sanguinis eius cum cæteris discipulis, sicut apertius Lucas Evangelista declarat, manducaret & biberet, mansit in Christo, aut Christus in eo? Multi denique qui vel CORDE FICTO CARNEM ILLAM MANDUCANT & sanguinem bibunt, vel cum manducaverunt & biberunt, Apostate fiunt, numquid manent in Christo, aut Christus in eis? Sed profecto est quidam modus manducandi illam carnem, & bibendi illum sanguinem, quando*  
qui



qui manducaverit & biberit, in Christo manet, & Christus in eo. NON  
 ergo QUOCUNQUE MODO QVISQVAM MANDUCAVERIT CAR-  
 NEM CHRISTI, & biberit sanguinem Christi, MANET IN CHRISTO,  
 & in illo Christus; SED CERTO QUODAM MODO, quem modum  
 utiq; ipse videbat. Et iterum libr. de verbis Domini in Evang. sec.  
 Joh. serm. 46. ibid. pag. 175. A. Qui iam manducant carnem Domini,  
 & bibunt sanguinem eius, cogitent quid manducent, & quid bibant, ne  
 sicut Apostolus dixit, iudicium sibi manducent & bibant. Sic lib. contr.  
 Fulg. Donatist. tom. 7. Col. 645. B. Scriptura quibusdam est odor  
 mortis in mortem, quibusdam vero odor vite in vitam. Sicut enim qui  
 manducat & bibit sanguinem Domini, indignè iudicium sibi manducat  
 & bibit: Sic & qui accipit indignè Baptisma, iudicium accipit non sa-  
 lutem. Nam & IVDAS proditor bonum CORPVS, & Simon Magus bo-  
 num baptisma Christi percepit, sed, quia bono bene non uti sunt mali ma-  
 le utendo deleri sunt. Bonum est Baptisma, bonus est Christi sanguis &  
 corpus, bona est & lex, sed si quis eam legitime utatur. Hæc & similia  
 perpendat Bucanus, & deinde iudicet, cui parti autoritas Au-  
 gustini patrocinetur.

3. Ratio & 119. Tertia Ratio Bocani: Quia nullus potest, inquit Apostolus  
 refutatio. mensæ Domini, id est, cibi, qui in mensa Domini apponitur particeps fieri,  
 & mensæ Demoniorum, id est, cum Dæmonijs & impuris Spiritibus,  
 quicquam habere commune I. Cor. cap. 10. v. 12.

120. Verum ad argumentum hoc dudum à nostris est re-  
 sponsum. 1. Quod infideles non possint fieri participes mensæ  
 Domini ad salutem: Alias enim contrarium affirmatur capite  
 sequente v. 27. & 29. Ubi dicit Apostolus quod cavendum sit, ne  
 quis indignè edat vel bibat. 2. Loquitur Paulus de jure, non  
 de facto. Non igitur negat, infideles sumere in cœna verum  
 corpus & sanguinem Christi; sed duntaxat docet, quod non  
 bonâ conscientia sumant, quemadmodum hujusmodi phrales  
 frequentes sunt in sacris. Ut Non potes accipere in uxorem, que tua  
 nurus est. Sane de facto id fieri posse, quilibet intelligit, sed non  
 de jure.



de jure. Sic non potestis comedere pascha, nisi in eo loco, quem ego clegi

121. Quarta ratio. Quia corde non ore res signata sumitur. Peti- 4. Ratio  
tio principij. Addit rationem: Quia Christus revera, non per instru- & refuta-  
menta corporis, sed per solam fidem percipitur, quã carent impij. Petitio tio.  
principij. Id enim de spirituali duntaxat manducatione ve-  
rum est. Allegat autem vers. 17. cap. 3. ad Ephes. Verilm, isto dicto  
nihil probatur, quandoquidem non de manducatione, sed de  
inhabitatione Christi in cordibus piorum loquitur.

122. Quinta: Quia sanctum non datur canibus Matth. 7. v. 6. 5. Ratio &  
Respondeo. Non etiam illis ut canibus, sed ut fidelibus datur, refutatio.  
quod verò illi ut canes accipiant, id abusum hujus Sacramenti  
in ipsis arguit: Quocirca etiam illis non prodest, sed obest.

123. Sexta: Quia participati & communicati corporis & sangui- 6. Ratio &  
nis Christi, contrarij non sunt effectus: & vis vivificandi à communionem refutatio.  
corporis Christi superari nequit. Respondemus ad prius: Illius  
contrarij non sunt effectus per se; per accidens tamen, ut Ev-  
angelij. Ad posterius. Distinguatur inter vim vivificandi, &  
actualem vivificationem, hoc est, inter virtutem & actionem,  
ab ea emanantem: hoc est, inter actum primum & secundum.  
Ipsa virtus, actus primus, vivificandi non potest abesse à cor-  
pore & sanguine Christi: sed actus secundus, non aliter atque  
Spiritus Sanctus ubique Sanctus est, & sanctificandi vim ha-  
bet: non tamen propterea ubiq; sanctificat.

124. Septima: Quia corpus Christi manducatum vitam; spretum 7. Ratio &  
autem, repudiatum & abiectum, mortem seu condemnationem ex acci- refutatio.  
dente operatur. Respondetur 1. Corpus Christi manducatum  
spiritualiter, operatur vitam. 2. Et qui sacramentaliter su-  
mit corpus Christi indignè, etiam illud spernit, repudiat &  
abjicit: Abicitur enim cibo isto sanctissimo, non discernendo  
inter corpus Domini & vulgares cibos.

E

Octava:



8. Ratio & 125. Octava: Quia Christus iudicis munere fungi potest; etiam si  
refutatio. infideles non manducant oraliter corpus eius. A posse ad esse, (inqui-  
unt Logiei) non valet consequentia: Etiam DEUS bonus esse  
potuisset, licet arborem scientiæ boni & mali non creasset, No-  
li ô homuncio tuo ingenio mensurare sapientiam infinitam,  
infiniti Dei.

9. Ratio & 126. Addit coronidis loco: Quod autem Patres, & præser-  
refutatio. tim apud Augustinum corpus Domini interdum dicitur sumi  
etiam ab impijs; Voce corporis non res Sacramenti significata,  
sed signum significans intelligitur.

127. Verum est, distinguunt Patres inter Sacramentum &  
rem Sacramenti, ut multis in locis Augustinus hac utitur sen-  
tentiâ: Bonos accipere utrunq; & Sacramentum & rem Sacramenti;  
Malos verò Sacramentum quidem, sed non rem.

128. Verum, quando ejusmodi sententias adversa pars pro  
se allegat, ambiguitate termini (*Res Sacramenti*) imponit. Inter-  
dum enim *res sacramenti* accipitur pro parte internâ & cœlesti,  
ut hoc loco, pro corpore & sanguine: Tum verò Sacramento  
non opponitur, & ab eo distinguitur, sed in eo tanquam pars  
principalis includitur: Deinde *res Sacramenti* sumitur pro sa-  
lutari fructu, atque tum rectè ab ipso Sacramento discernitur,  
quia ejus pars non est.

129. Hac distinctione cum suis membris ita dextrè expli-  
catâ, facile intelligitur, in ejusmodi sententijs Augustinum  
non sumere rem Sacramenti in priore (ut quidem sibi Adver-  
sarij imaginantur) sed in posteriore significatione: Quando  
quidem rem Sacramenti ab ipso Sacramento integro distin-  
guit.

130. Ut autem res magis pateat, audiamus ipsum Augu-  
stinum, qui lib. 3. De Bapt. contr. Donatistas cap. 14. inquit:  
Nec interest, cum de Sacramenti integritate & sanctitate testatur, quid  
credat, & quali fide imbutus sit is, qui accipit Sacramentum: Interest  
quidem plurimum ad salutis vitam, sed ad Sacramenti questionem nihil  
interest. Fieri enim potest, ut homo integrum habeat Sacramentum &  
perversam fidem.

Nota:



131. Nota: Inquit Augustinus: 1. Integrum sumere Sacramentum, etiam qui non credit. 2. Hominem posse integrum habere Sacramentum & perversam fidem. Si itaque interpretatio Bucani & reliquorum Calvinianorum est vera, terminusque (*Res Sacramenti*) in prima significatione sumendus, tum ex mente Augustini integrum Sacramentum cœnæ constituent, *Panis & vinum*. Verum hæc non est mens & sententia Augustini: Quandoquidem ipsi integrum Sacramentum cœnæ est compositum ex re visibili, hoc est, pane & vino, & re invisibili, hoc est, corpore & sanguine Domini, uti id expressè docet in sententijs Prosperi.

132. Hoc itaque vult docere allegato loco Augustinus, non solum panem, neque solum vinum; sed panem & corpus Christi, vinum item & sanguinem Christi percipi ab infidelibus.

133. Ut autem hæc Augustini mens est manifestissima, ita etiam illa porrò explicatur lib. 5. de Baptismo contra Donatistas cap. 8. *Sicut Judas, cui bucellam tradidit Dominus, non malum accipiendo, sed malè accipiendo locum in se Diabolo præbuit; Sic indignè quisque sumens Dominicum Sacramentum non efficit, ut, quia ipse malus est, malum sit, aut quia non ad salutem accipit, nihil acceperit. Corpus enim Domini & Sanguis Domini nihilominus erat etiam illis, quibus dicebat Apostolus. Qui manducat indignè, iudicium sibi manducat & bibit.*

134. Unde quilibet intelligit, juxta mentem Augustini, & rei veritatem, panem S. Cœnæ esse corpus Christi, etiam ab infidelibus manducatum. Hactenus de substantia Sacramenti cœnæ: Sequuntur nunc accidentia sive adiaphora.

135. His enim erroribus ipsam substantiam cœnæ concernentibus, non contenti Adversarij, ipsa quoque accidentia infestant, ex adiaphoris fingentes necessaria.

E 2 Adia-



**Circum-  
stantia  
loci.**

136. Adiaphora illa aut sunt externa: aut interna: Externa vel circumstantia loci vel instrumenta sunt. Circumstantiam loci quod attinet, Sacramentum hoc certo loco allegantes, in templo sive cœtu publico tantum, non autem in privatis sedibus, ægrotis dandum esse scriptitant.

**Rationes  
Bucani.**

137. Bucanus q. 130. Triplicem adfert rationem: 1. Quia communicatio debet esse Ecclesiastica & publica. 2. Quia cœna est symbolum communicationis Sanctorum. 3. Quia non debet aperiri aditus opinioni operis operati, etiam præposterae fiducia, qualis est in communicatione Papistica.

**Rationes.**

1.

138. Prima Ratio duo dicit: 1. Quod communicatio debeat esse Ecclesiastica. 2. Quod debeat esse publica.

139. Ad id respondemus: Etiam tum quando in privatis ædibus cœna administratur, manet Ecclesiastica communio. 1. Quia in ædibus quoque privatis dantur Ecclesiæ. 2. Quia privatas Christianorum familias Paulus expressâ voce nominat Ecclesias, *Roman. 16.* 3. Quia, ubi duo vel tres congregati sunt in nomine Christi, ibi in medio illorum est Christus, *Matth. 18.*

140. Ad posterius dicimus: Si cœna Domini ita merè Ecclesiastica est actio, ut non nisi in loco publico administrare fas sit: Cur Christus primam suam cœnam non in templo Hierosolymitano (licet tum Hierosolymis esset) vel in conventu populi, sed in diversorij palatio instituit & celebravit, & nullum certum locum ubi administranda sit, determinavit, sed liberum reliquit.

2.

141. Alterum quoque argumentum nos non ferit. Nam, propterea sumit Eucharistiam ægrotus, partim ut confirmeet suam fidem, partim etiam ut testetur, se quoque illius communionis membrum esse.

142. Tertium etiam in nostris Ecclesijs metuendum non est, cum ibi Auditores rectè instituantur, quòd Sacramenta non ex opere operato profint, sed per fidem.

Instr.



143. Instrumenta sunt, *calices & altaria*: quæ adversarij *Calices & altaria.*  
funditus tollunt & destruunt, ac in locum illorum pocula &  
mensas ligneas substituunt, prætendentes, illa ex Papatu ori-  
ginem habere. Quod tamen falsum est: Quandoquidem non  
ortum suum ex Papatu habent, sed ex primitiva Ecclesia: Cum  
illorum sæpius mentionem faciant Augustinus & cæteri Pa-  
tres vetustissimi. Quocirca sine superstitione in nostris Eccle-  
sijs retineri possunt: immò quorum illorum abrogationem,  
tanquam necessariam, urgent, mordicus retinenda esse cense-  
mus.

144. Interna sunt qualitates panis & ejus distributionis  
modus.

145. Qualitates quod spectat, i. Urgent Calviniani *panem* *Panis fer-*  
*fermentatum*, tanquam necessarium: Nos verò indifferens esse *mentatus.*  
judicamus, sive sit azymus, qualis in nostris adhibetur Eccle-  
sijs; sive fermentatus: modo sit verus panis.

146. Nam, si fermentatus esset simpliciter necessarius, qua-  
lis hodiè in usu domestico adhiberi solet, certè Christus eà-  
dem ratione fuisset adactus, ut, licet azymum ad agni pascha-  
lis celebrationem usurpasset; in cœna tamen fermentatum  
adhibuisset: præsertim, cum hîc Novi Testamenti Sacramen-  
tum esset instituendum, Veteris fœderis ceremonijs minimè  
alligatum.

147. Deinde reprehendunt Adversarij panis, quem nos ad- *Panis for-*  
hibemus in nostris Ecclesijs, formam rotundam, colorem, fi- *ma rotun-*  
guram, parvitatem, nomen hostiæ. Verùm in eo vicissim repre- *da, color,*  
hensione magis quàm responsione digni videntur. Quando- *figura, par-*  
quidem detestandam suam hypocrisin propalant, dum subin- *vitas, no-*  
de res indifferentes in necessarias transformant, & è contrario *mè hostiæ.*  
ex necessarijs faciunt adiaphora.

148. Tandem in modo distributionis urgent adversarij fra- *Fractio*  
ctionem tanquam necessariam & essentialem hujus Sacramen- *panis.*  
ti ceremoniam. Verùm, iterum sine ratione & fundamento.  
E 3 Quia




1. Quia nullum de ceremonia hae extat in specie præceptum.  
2. Quia idem est, sive massa in ipsa actione frangatur in particulas, sive antè actionem seu celebrationem S. Cœnz particio ista efficiatur. Distributio est necessaria, modus indifferens.  
3. Quia modus, quem nos habemus, ad dispensationem est accommodatior, & cum alijs adiaphoris jam diu in usu fuit: Proindeque tam facile non mutandus.

F I N I S.













99 A 6935

ULB Halle

005 360 463

3



TA 700









24



PARTITIONVM  
Theologicarum  
PVTATIO XXIV.  
Quæ prior ἐλεγκτικὴ  
De

CRA DO-  
MINI COENA,

& Florentissimâ Academiâ VVitteber-  
gensi proposita,  
PRÆSIDE

ACOBO MARTINI  
Professore publico:

Respondente  
DORO DAMMANO Wals-  
rodenſi Saxone.

Ad Diem 29. Iulij, horis locorū  
conſuetis.

Antibus Clementis Bergeri  
Bibliopolæ Wittebergenſis.  
ANNO M. DC. XI

